Anno Dni Millesimo Octingentesimo decimo sexto die vigesima Aprilis, facta praevia S.ae Communitati propositione et viginti quatuor horis expletis, in ordine ad eligendum Secretarium Communitatis hujus loci; omnium itaque voce et Calculo in eundem Pr. Fr. Urbanus a S.to Joanne Nepomuceno Coadjutor Novitiorum electus et approbatus est. In quorum fidem datis ut supra manibus nostris subscribimus. Fr. Casimirus a S. Catharina Minister
Fr. Secundus a S. Ignatio Consiliarius mpp.
Onuphrius a S.to C.ro Phlia Lector et Consiliarius mppa

Anno Domini Millesimo octingentesimo decimo sexto die vigesima prima mensis Aprilis V.S. factis previè à N.P. Ministro loci Sæ Comunitati propositionibus, et viginti quatuor ad deliberandum expletis horis; inter alias, et hæc propositio porrecta ad resolvendum nobis fuerat: "Quidnam de lite incepta cum Illma Dna Platerowa sentiendum? et utrum N.P. Provincialis possit impedire seu suspendere eandem cum dicta Castellanide?" Igitur, cum singuli Patres, expositis à P. Ministro loci, causis, motivis, et circumstantiis: præmeditantes ea omnia maturo cum consilio; audientes præterea à Superiore loci, quod N.P. Provincialis hanc litem usq ad sui adventum suspendisset; deliberarent, et quid faciendi tali in casu opus foret, consilium caperent; statuêre unanimiter, ut voluntas N.P. Provincialis adimpleretur, ac observaretur. At cum Superior loci proposuisset Sæ Communitati, quod tali in casu suspensæ litis, nec provisio recipi possit, et consequenter, sustentatio debita ac honesta Communitati ad victum et comoditatem ejusdem, dari ac suppeditari ab ipso nequit: quia vix ne vix ipse panis, præter cætera, ob copiosum Religiosorum numerum hocce in Claustro manentium, ut sufficeret: reposuit S. Communitas, à talibus circumstantiis se obligandam, usq ad adventum N.P. Provincialis, vel Ejus resolutionem, istiusmodi inopiam patienter sustinere; dumodo voluntas N.P. Provincialis adimpleatur, et pax cum Provincia conservetur. Quam sententiam singuli ex gremio Congregatorum secuti, excepto uno P. Isidoro (qui voluit, ut lis suspenderetur, et omnes commoditates à P. Ministro loci ei suppeditarentur) adprobantes; hoc Decretum, ut inseratur Libro convenienti, et N.P. Provincialis, de illo per Superiorem loci, certus efficiatur, constituimus. Quorum in fidem datis ut supra manibus propriis subscribimus.

Fr. Casimirus a S. Catharina Ministrus
Fr. Secundus a S. Ignatio Consiliarius

Fr. Onuphrius a Sto Erasmo Philosophiæ Lector, atque Consiliarius. mppr

Fr. Urbanus à Sto Joanne Nepomuceno
V. Mgr Novit. et Commtis Secretarius

Anno Domini Millesimo octingentesimo decimo sexto die vigesima nona Mensis Aprilis v. s. facta praevia S. Communitati propositione, in ordine ad secundam aprobationem FF. Novitiorum, scilicet Pii à S. Joanne de Dukla, et Caroli ab Omnibus Sanctis — In ordine vero ad primam ~~primam~~ aprobationem Fratres, Erasmus à S. Catharina, Andreas à S. Joanne Nepomuceno, et Zephyrinus à Conceptione B. V. M. expletis itaq viginti quatuor horis, (juxta tenor. Constit. Ord. Nri) admissi sunt, dicti Fratres, ad primam aprobationem F. Pius à S. Joanne de Dukla, et Carolus ab OO. SS. ad secundam vero reliqui tres, omniumq voce et calculo adprobati — In quorum fidem, datis ut supra manu nostra subscripsimus.

Fr. Casimirus à S. Catharina Ministr.
Fr. Secundus à S. Ignatio Consiliarius Prov.
Dnus Phr. à S. Co. Phl. Lect. et Consiliarius
Fr. Urbanus à S. Joe Nepom. V. Mgr. Novit. et Com. Secretarius

Anno Domini 1816. die 17. mensis Augusti — facta praevie S.ae Communitati juxta praescriptum legum Nostrae propositione in ordine consensus S.ae Communitatis ad faciendam cum Cahali Berestecensi Complanationem, siquidem hoc tempore peragebatur lis cum iis, causaq per Decretum Condescendentiale a personis Magistratus Dubnensis discutiebatur, ut videre est Decretum hujusmodi in Archivo nostri Conventus sub data diei decimae quintae Augusti Anni 1816. inceptum ac postea eodem Anno diebus ejusdem Mensis sequentibus finitum: itaq cum Judaei seu Cahalis Berestecensis proposuerint Patri Praesidenti loci, se, pro praeteritis detruncationibus ex Summa 34,200; efficientibus Summam florenorum 5926. vi Decreti olim liquidationis factis, compensaturum, et quidem solum mediam partem abscissae

sumae

...florenor valeat: 2000: tum totaken liquidatio-
nem libenter faciset f: quia pmus Cabales Beresteceu-
ses illam facere noluêre: f: sacra Communitas unanimiter
cum scita tamen ata conventu N.P. Antonii à Nativit.
P.N.Ord Provincialis, postmne actualiter hunc Claustr
visitantis; consensit Complanationi faciendæ: ut pote
è duobz malis minus eligendo; imo ut videre est fa-
ctam Complanationem sub data diei 17e Augusti
1816. Anni Claustro Beresteccensi favente; et pa-
cis cum Judæis dictis gratia, et causa evictionis in ti-
tem expensæ; hanc complanationem actæ ac inscriptis
facere R. Pri Presidenti hoc commisit: et facere ap-
probavit.— Datis ut supra — Quorum in fidem ac robur
manibus propriis subscripsimus —

Fr Franciscus à S.to Josepho Calas. Provz mpp

Humphrius à S.to Erasmo S. Iliæ Lector ex

Consiliarius mpp

F. Urbanus à S.to Joe Sepom. V.Mgr Provz. et Secr. Co

Anno Domini 1816. die 21. Augusti facta precia
Communitate f: ad tenor. nostrar Constitt: f: propositione, in
ordine quorundo. f: siquidem Conventus Vester Beresteccen-
sis tanta penuria laborabat pecuniâ, ut emergentibz
hinc necessitatibz subvenire, hinc facere debitis pagucat:/
succurrendum sit? vigintî quatuor elapsis itaq ad delibe-
randum horis, cum Patres justas premeditantes cau-
sas ac circumstantias, et non inscientes, à quanam
his in circumstantiis extranea persona valeat obti-
neri certa quantitas pecuniarum, ad providendum ne-
venientibz necessitatibz domuî; respondentes, ad R.P.
Provincialem actualiter hanc visitandem Conventum Pr
fecerunt recursum, qui obviando hisce nostris indige
tiis de nostra pecuniarum Provincia dedit quantitatem
flor: 1000. à qua summa prohibitorum numerando per S.
à cuntâ, eosdem obligamur ad unius decursum anni
Quod in fidem dictis ut ego propriis manibz subscripsi
ferentes ponentes à die 22. Aug.i 1816. Ani ad diem pariter 22. Aug
1817. Ni exclusivis — Fr Franciscus à S.to Josepho Calas Provis Conventus mpp

Fr Severinus a S. Ignatio Lector Jubilatus

F. Urbanus à S.to Joanne a Sepom. V.Mgr Provz. et Com.s Secretarius

No 453

Visitans N. P. Antonius à Nativitate BVM. Provinciæ S. Joachimi Ordinis Discalceator. Ssmæ Trinitatis Redempt. Capt. Minister Provincialis Hunc nostrum Conventum Berestecensem; Revidensq. Librum hunc in quo describuntur et adnotantur acta et Decreta hujus S. Comunitatis; Invenit S. R. a præterita Visitatione ad præsentem Visitationem Decreta lata Nro Quindecim. Quæ postquam menti, ac tenori Legum conformia esse deprehendit. Proinde Librum hunc in Signum Approbationis suæ ac sui Secretarii manu subscripsit. Die 6. Mensis Septembris Millesimo octingentesimo Decimo Sexto Anno

Fr Antonius à Nativitate BVMariæ
Minister Provincialis mp

Mandato N. P. Ministri Provincialis
Fr Valentinus à Natoltæ BVM.
Secretarius mpp

Anno Dni 1816. Die 17. Septembris - Prævie facta Sæ Communitti propositione, in ordine, quatenus S. Ordinis Nri Habitus suscipere valeant, G. Gregorius Palczykowski, Simon Borucki et Simeon Krysowski adspirantes - viginti quatuor itaq horis expletis, admissi sunt, prædicti, ad habitum Nostri Ordinis, præmissa tamen omnium approbatione - Quorum in fidem, datis ut supra, manu nostra subscripsimus -

Fr. Franciscus à Sto Josepho Præsidens Com mp

Fr. Urbanus à Sto Joanne Nepom. V. Mgr. Novæ
Secr. Comm. mp. -

Anno Domini Millesimo octingentesimo Decimo Septimo, Die vigesima septima Januarii - Facta prævia Sæ Communitati propositione, quoad approbationes FF. Novitiorum, nimirium, quoad tertiam approbationem F. Pii à Sto Joanne de Dukla, et Caroli ab omnibus Sanctis - In ordine vero quoad 2. approbationem -

nem, Andreæ à S.to Joanne Nepomuceno et Zephyrini à Conceptione B.V.M.æ - vigintiq expletis horis et quatuor, /: juxta tenor. Constitt. Ord.is N.ri :/ admissi sunt dicti Fratres, ad 3.m aprobationem F. Pius à S.to Joañe ~~Nepomu~~ de Dukla, qui calculis quatuor adprobatus, præter unam. - et Carolus ab OO. SS.is tribus calculis tantum - reliqui vero duo, quoad 2. aprobationem calculis quatuor, præter unam, sunt adprobati. - In quorum fidem, datis supra, manu nostrâ subscripsimus.

Fr. Franciscus à S.to Josepho Calas. Pro Q

Fr. Urbanus à S.to Joañe Nepom.
V. Mgr. Nov. Secr. Cons. mpp. -

Anno Domini 1816 Die Augusti Facta prævia S.æ Communitati propositione, in ordine, utrum Organum, /: quod in Capella Cæmeterii Parochialis Berestecensis ad Arenas reperitur, ac præsertim Diebus Rogationum admodum est necessarium :/ ad petita P. Antonii Mixiewicz, Præsidis Conventûs Theophilpoliensis, per aliquod tempus usui Ecclesiæ Parochialis Theophilpoliensis inservire posset? Viginti quatuor itaq horis expletis, S.ta Comunitas, perpensis circumstantiis, plena cum deliberatione, reposuit, posse, ad spatium nimirum unius anni - pro hujusmodi autem commodo ac utilitate, Conventus Theophilpoliensis tenebitur dictum Organum reparationi mandare solummodo. - Hocce spatio elapso, si ultra velit retinere illud, - Conventui nostro Berestecensi, certam quantitatem cerei quotannis præstare, debitor existet. - Si verò nolit? dictum Organum restituetur et collocetur, unde fuerat assumptum, curâ et expensis Conventûs Theophilpoliensis - Quorum in fidem, datis ut supra, propria manu subscripsimus -

Fr Franciscus à S.to Josepho Calas. Pro Cons.
Fr Urbanus à S.to Joan: Nepom. V. Mgr. Nov: Consiliarius

Anno Domini 1817. Die 29. Aprilis - Facta est praevia Sae Communitati propostio à Superiore Loci, in ordine, quatenus G. Jacobus Gorczycki Habitum Sti Ordinis Nostri valeat suscipere - Sacra Communitas elapsis 24. horis, maturo cum consilio praedictum omnibus votis et calculis adprobavit, qui Sacra Na in Religione Theophilus à Sto Jacobo vocitatus est. Quorum in fidem, datis ut supra propriis manibus subscripsimus.-

Fr. Franciscus à Sto Josepho Calass Mr

Fr. Urbanus à Sto Joan. Nepom. V. Mgr. Nov. Cons Coms

Anno Dni 1817. Die 6. 7bris - Facta praevie Sae Communitati propositione, respectivè quoad approbationes - viginti quatuor itaq horis elapsis, Sa Communitas perpensis circumstantiis, maturo cum judicio, adprobavit Fres nostri Ordinis Sti scilicet: Frum Zephyrinum à Concepto Bae V. Mariae et andream à Sto Joanne Nepomuceno quoad tertiam aprobationem omnibus calculis albis - quoad primam verò FF. Narissum à Sto Gregorio, duabus tantum - Gregorium à Sto Simone, tribus - Theophilum à Sto Jacobo, calculis omnibus - Simeonem autem à Sto Mathaeo, nigris omnibus adprobavit calculis - Quorum in fidem, datis ut supra, propria manu subscripsimus -

Fr. Franciscus à Sto Josepho Calass Mr

Fr. Urbanus à Sto Joe Nepom. V. Mgr Nov. Consil. Coms

Anno Dni 1818. die 6. Januarii facta /: ad tenorem legum nostrarum :/ propositione Sae Communitati, in ordine, quatenus G. Mauritius Łochocki Habitum N. Scri Ordinis recipere possit - Sa Communitas elapsis viginti Quatuor horis. omnibus illum adprobavit calculis - qui vocitatus est Mauritius ad Agnete. Quorum in fidem propria manu subscripsimus -

Fr Franciscus ad Josepho Calap. Mrm

Fr Urbanus ad Joe Nepom. V. Mgr Nov. Consil. Coms

Anno Domini Millesimo octingentesimo Decimo octavo - Die nona Martii - Juxta tenorem legum nostrarum - ad pulsum Campanae Congregata Communitte, propositus fuit ad suscipiendum Habitum S. Ordi Nri Joannes Nowicki Civis Vlodimiriensis, quem, elapso viginti Quatuor spatio horarum nimixa rationibus legum, tam Ordinis, quam S. R. C. dempto uno affirmativo calculo, reprobavit: nimirum praeter qualitates impedientes, patuit Sae Comunitti praedictum Nowicki, tam ex literis Metrices Baptismi ejusdem testimonialibus Mandiburii Vlodimiriensis non esse nobilem et adscriptum in Conscriptionibus nobilium - Sed eorum, qui Imperatori personale tributum annuatim solvunt, quales Definitorium Capituli Provincialis 1817. anno celebratum, inhaerendo Constitutionibus, et ad evitanda inde aliqua secutura pericula, ad habitum suscipere interdixit. Cujus ordinationi neque Definitorium contraire valet. Et ex Constitutionibus Nostris §. V. n. III. p. 202. de

tenore

tenore sequenti, sonat „ Poterit etiam facere ordinationes ad melius esse suæ Provinciæ, dummodo ordinationibus Capituli, - aut Definitorii Generalis non opponantur „ — Item Decretis S. R. C. - Clemen: VIII. „ Claves tenente „ de receptione Novitiorum „ ut circa ætatem, conditionem, vitam et mores... etc. in ipsis novitiis requisitas „ observentur institutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione reformationes factæ et publicatæ, neque aliter, neque alio modo aliquem ad Habitum recipi permittant. Dumum juxta formam felicis recordationis Sixti V. - et moderationum subsecutarum. illud etiam superiores ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis et Conventibus ex Apostolica facultate novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui ex honestibus parentibus natus non sit - et conditiones Sacris Canonibus - summorumq Pontificum - Constitutionibus prescriptas non habeat - juxta Decretum super forma recipiendi novitios, Die 19. Maji 1602. editum. Quorum in fidem propria manu subscripsimus: -

Fr Franciscus a Sto Josepho Calas - Mrr

Fr Benedictus a S. Josepho Magister Novitiorum

Fr. Urbanus a Sto Joe Nepom. V. Mgr Nov. Consil. Comm.

Anno Domini 1818. d. 9. Martii Facta prævio Sta Communitti propositione, in ordine, quoad secundam Fr. Theophili a Sto Jacobo approbationem - Sta Communitas viginti Quatuor horis elapsis, omnium voce et calculis dictum Frem adprobavit - Quor in fidem propria manu etc.

Ao Dni 1818. d. 23. Apr. juxta tenore Nro Constitt. adprobatus e Fr. Zephyrinus a Concep. N. V. M. in ordine quoad emittenda Professionem Nra si Religione

Fr Franciscus a Sto Josepho Calas Mrr

Fr Benedictus a S. Josepho Magister Novitiorum

Fr Urbanus a Sto Joe Nepom. V. Mgr Nov. Consil. Comm.

Ex vi muneris ac Officii sui, visitans N. P. Antonius à Nativitate B. Mariæ Minister Provincialis S. Joachimi, Conventum hunc Nostrum Berestecensem, revidensque Librum intitulatum „ Liber Decretorum Sacræ Communitatis Conventûs Berestecensis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, invenit S. R. inter Octo Decreta a præterita Visitatione Anno 1816. Die 6. Mensis Septembris instituta ad præsentem Visitationem, per Sacram hujus loci Communitatem lata, Unum, nimirum Numero et Ordine Septimum — Hunc igitur S. R. legens, advertit in eo, varias aberrationes a Charitate, veritate, justitia ac Lege alienas, ac Primo. — Si Sacra hujus loci Communitas charitatem haberet Religionis Suæ, quam profitetur, procerto non reprobaret suo Decreto a suscipiendo Habitu illum, quem non tantum idoneum ad eundem habitum recipiendum, sed quod majoris momenti est ad Professionem emittendam Decreto suo Anno 1816. Die 17. Mensis Augusti edito votis vix non omnibus aptum censuit et Approbavit — Æqua enim militari deberet ratio, in utroque hoc Casu — Secundo Si veritati iniexa hujus loci Communitas, sua statueret Decreta, procerto nullus reperiretur in illis error; non citaret Sacra Communitas hoc Definitorium, quod nonnisi post 59 Annos celebrandum vel non celebrandum expectatur — Nam de futuris liberis contingentibus nulla datur Scientia, certissimum est apud Omnes Philosophos; sed in medium aduceret ea quæ sunt stabilita, et non Suppositioni soli Sophisticæ accomoda — Citaret inquam vere latum Decretum Definitorii, quod ad manus hinc et nunc non, habet; nisi tantum Resolutionem Anno 1817. Die 2. et Sequentibus a V. Definitorio, ad Petita P. Francisci a S. Calasantio, pro tunc Præsidis Hujus Conventûs Mensis Junii datam — Ex qua etiam nihil inferre potest in rem suam, — Siquidem in hac etiam Resolutione præcipitur et demandatur huic Communitati, prius diligens inquisitio hoc in puncto facienda; quæ tamen facta non speratur esse per Sacram hujus loci Communitatem; Nam nullum hujusce rei

vestigium

No 364

f: preter vlam Informationem Fris Provincialis a S. Michaele Archan-
gelo in Seculo Novicii factam, & respicientem D. Joannem Novicki,
olim Novitium Nostrum requiritur. — Sic demum ac ultimo — Si
Sacra Communitas haberet pre oculis Nostram legem ac justitiam
prevaldubio, non reprehenderet N. P. Provincialem, de Concessa licen-
tia Data D. Joanni Novicki, in Ordine ad suscipiendum Habitum
Religionis, Cujus officii ac muneris est, illam concedere juxta Cap.
Constit. 40. S. V. n. 2. — Non obficeret etiam D. Joanni Novicki quod
sit Civis Vlodimiriensis, cum multi Cives in Nostra Religio-
ne sint ac fuerint — Neque leges nostra tales recipere ad Habitum
nostrum prohibeat — Neq; cognoscaret ut ita dicam eidem Novi-
tio in suo Decreto, quod non sit ex honestis parentibus natus,
alias comprobandum restaret illum notatum esse, aliqua infa-
mia, cum hec nonnisi honestati Gymnasium, quod tamen in
ipso non apparet, uti continet Decretum Episcopalis Communi-
talis Anno 1815. Die 15 Julii editum — Sic igitur Rationem
momenti minime N. P. Provinciali, hoc Decretum Anno Dñi
1818 Die 9 Martii latum, pro nullo habet, illudq; tanquam
sine fundamentis factum, Cassat, Annulat, & nullius valoris
esse vult, ita ac si latum non esset — Cetera vero Scripta
Decreta in Signum Approbationis propria ac p. Secretarii Ma-
nu subscribendo Confirmat. Die Decima Septima Julii Millesi-
mo Octingentesimo Decimo Octavo.

Fr. Antonius à Nativitate B. V. Maria
Minister Provincialis mpp

Fr. Casimirus a S. Catharina Defi-
nitor Provincie ac p. Secretarius

Anno Dni 1818. 9. 19. Julii — Facta S.ae Comunitati
propositione, in ordine quoad electionem Secreta-
rii Comm. elapso igit spatio horae 24. electus est
P. Petrus à Nom. Thomæ Concionator. in Secretarium
Comm. approbatusq; omnium voce et calculis. In quorum
fidem subscribimus — P. Benedictus ex. Josepho Praesidens
Fr. Valentinus a Nativitate B. V. M. Consiliarius mpp
Fr. Urbanus a Jesu Nepom. Mag. Nov. Consil.

Anno Domini 1818. d. 19. Julii - Facta praeviò S.ae Communitti propositione, quoad secundam Fris Gregorii à S.to Simone, approbationem - S.a Communitas, viginti Quatuor elapsis horis, adprobavit dictum Novitium pro secunda approbatione - Quor. in fidem subscripsimus -
Fr. Benedictus a S. Josepho Praecidens mp
Fr. Valentinus a Nativitate B.V.M. Consiliarius mp
Fr. Urbanus à S.to Joe Nepom: C.Mgr: Nov: Consiliarius mp
Fr Petrus à S. Thoma Concionator ac Secretarius Comm

Anno Dni 1818. d. 17. Augusti - Facta Communitati propositione, in ordine ad suscipiendum S.ti Ord.s Nri Habitum - juxta tenorem legum nostrarum, S.a Communitas, G. Theophilum (: Bujalski in saeculo :) - Qui in Religione vocitatus est, Fr. Hyacinthus à S.to Theophilo, omnium voce et calculis, adprobavit - Quorum in fidem subscripsimus - Fr Benedictus a S. Josepho Praecidens
Fr. Valentinus a Nativitate B.V.M. Consiliarius mp
Fr. Urbanus à S.to Joe Nepom. C.Mgr. Nov: Consiliarius mp
Fr Petrus à S. Thoma Concionator ac Secret. Comm

Anno Dni 1818. d. 3. 8bris Facta S.ae Communitti propositione, quoad primam Fris Mauritii à S.ta Agnete adprobationem - S.a Communitas (: ad tenorem Nostr. Constitt. :) adprobavit dictam Frem, à Rlis 5. calculis Quatuor - Quorum in fidem subscripsimus - Fr Benedictus a S. Josepho Praecidens mp
Fr. Valentinus a Natiuitate B.V.M. Cons. Fr. Urbanus à S.to Joe Nepom: C.Mgr. Nov: Consiliarius mp
Fr. Petrus à S. Thoma Concionator ac Secret. Comm

Anno Dni 1818. d. 15. 9bris facta Comtti propoone quoad ejectionem FF. Gregorii à S.to Simone et Mauritii à S.ta Agnete - S. Comm: utpote sectantes voluptates mundi, adeoque nocivos Religioni, ejiciendos adjudicavit. Quor. in fidem propr. manibus subscripsimus - Fr Benedictus a S. Josepho Praecidens
Fr. Valentinus a Natiuitate B.V.M. Cons. Fr. Urbanus à S.to Joe Nepom: C.Mgr: Nov: Consiliarius mp
Fr Petrus à S. Thoma Concionator ac Secretar. Comm

Anno Dni 1819. d. 3. Januar: Facta praeviò S.ae Communitati propositione, quoad approbationes, nimirum: Fris Theophili à S.to Jacobo quoad tertiam et Fris Hyacinthi quoad primam - Viginti Quatuor

tuor elapsis horis — Sa Communitas in primis ad probavit Frem Theophilum à Sto Jacobo /: per lecta prius juridica Informatione de moribus et vita ejusdem :/ quoad emittenda Vota solemnia, omnium voce et Calculis — similiter et Frem Hyacinthum à Sto Theophilo quoad primam approbationem omnibus approbavit calculis — Quorum in fidem propriis manibus subscripsimus.

Fr Benedictus a S. Josepho Praecidens mp

Fr. Valentinus à Nativitate BVM. ~~[illegible]~~

Fr: Urbanus à Sto Joe Nepom. C Mgr: nov: Consiliarius

Fr Petrus à S. Thoma Concionator ac Secr Cens

Anno Dni 1819. die 7. Aprilis — Facta praevio à Superiore Loci, propositione, Sae Communitati, quatenus G: Josephus Alexandrowicz possit suscipere Habitum Nostri Sti Ordinis — Communitas Sa 24. elapsis horis, dignum esse adjudicavit eumdem, prout et aprobatus est, à 3bus Religiosis, omnibus calculis affirmativis — vocitatusque est in Religione, Paulus à Sto Josepho — Quorum in fidem datt: ut supra subscripsimus propr. manibus —

Fr Benedictus a S. Josepho Praecidens mp

Fr. Urbanus à Sto Joe Nepom: V. Mgr. Novit. Consiliarius

In Imperio Suae Imperatoriae Majestatis Alexandri primi Imperatoris et Autocratoris totius Rossiae etc. etc. Domini Nostri Clementissimi —

Joannes Cantius Bezydar Podhoroderiski divina Miseratione et S. Sedis Apostolicae Gratia Episcopus Polomonensis Suffraganeus, Praelatus, Praepositus Cathedralis Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Luceriens. Ord. Sotanislai Eques —

Religiosissimo in Christo Patri Antonio Szuwernowski Ord. SS. Trin. Provinciali Nobis in Christo dilecto Salutem in Domino — Noverit Paternitas tua expositum nobis esse ex parte Religiosi P. Isidori Fedorowicz ejusdem Ordinis, qualiter ipse à gravaminoso decreto per Definitorium contra eundem exponentem anno elapso 1818 prolato, interpositam appellationem prosequi intendat — Supplicatumque nobis esse, quatenus eidem litteras salvi conductus in Ordine ad prosequendam appellationem ejusmodi extradere dignaremur — Cui petitioni nos annuentes praesentes literas extradendas esse duximus, uti quidem extradimus, mandantes Paternitati Tuae, quatenus tam per se, quam per alias quascunque subordinatas personas, sub nullo praetextu, colore et ingenio dictum Religiosum P. Isidorum Fedorowicz stante appellatione per ipsum interposita molestare, aut quidquam innovare, usque ad decisionem causae, idque sub rigore Juris non audeat ac praesumat — Mandantes insimul uno eodemque praesentium contextu dicto Religioso Patri Isidoro Fedorowicz, quatenus ille in Monasterio sui Ordinis à suis Superioribus designato semper manendo, decenter se gerat, omnes obligationes suae vocationis fideliter, et ea, qua par est, obedientia erga suos Superiores adimpleat, necnon à quibusvis contentionibus, divagationibus ac ebrietatibus abstineat, idque sub poenis per institutum Religionis sancitis —

In quorum fidem etc. Datt. Lucear. d. 16. Aprilis 1819. A°

200

J. Cantius Episcopus Polen.
Vicarius Generalis Lucae

Locus Sigilli

Secretarius Alexander Pomarzanski
Concordat cum Originali P. Petrus à S. Thoma Concionator ac Secretarius Communitas

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Decimo Nono die decima quinta Mensis Junii, facta praevia propositione Communitate ad suscipiendum Sacrum nostrum habitum juxta tenorem legum nostrarum S. Communitas. G. Antonius (Lanckoronski in saeculo) Qui in Religione vocitatus est Fr. Modestus à S. Antonio, omnibus votis et calculis approbavit Quorum in fidem subscripsimus.

Fr. Benedictus a S. Josepho Praeses mp

Anno Domini

Fr. Urbanus a S.to Joe Nepom: Magr. Nov: Consiliarius
Fr. Petrus à S. Thoma Concionator et Secretarius

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Decimo nono die 23. Junii facta propositione S.ae Communitate in ordine, quo ad secundam Fr. Hyacinthi à S. Theophilo ad probationem S. Communitas, ad tenorem Nostrarum Constitutionum, dictum Frem approbavit omnibus votis et calculis Quorum in fidem subscripsimus

Fr. Benedictus a S. Josepho Praeses mp
Fr. Wilhelmus à S.to Antonio Magister Novitior mp
Fr. Urbanus a S.to Joe Nepom: Consiliarius mp
Fr. Petrus à S. Thoma Concionator et Secretarius

Anno Domini Octingentesimo decimo nono, die vigesima Quarta mensis Junii, facta praevia propositione S. Communitati in ordine ad suscipiendum S. nostrum habitum pro Statu Clericali G. D. Adalbertus Olewski, omnium votis et calculis adprobatus, cui nomen in Religione impositum Paulinus à S. Aloisio. In quorum fidem propriis nostris manibus subscripsimus.

Fr Benedictus a S. Josepho Praesidens
Fr. Wilhelmus à S.to Antonio R. P. et Magister Novitiorum
Fr. Urbanus a S.to Joe Nepom: Consiliarius
Fr Petrus à S. Thoma Concionator et Secretarius —

Anno Domini millesimo Octingentesimo decimo nono, die decima mensis Augusti, facta praevia propositione S.ae Communitati in ordine ad suscipiendum S. nostrum habitum pro Statu Clericali G. D. Gregorius Omarowski omnium votis et calculis dempto uno adprobatus cui nomen in Religione impositum Gregorius à S. Laurentio. Suscepit S. nostrum habitum de manibus N. P. Benedicti à S. Josepho Praesidente hujus nostri Conventûs Berestecensis, assistente S. Communitate publicè in Ecclesia hora octava antemeridiana. In horum fidem subscripsimus

Fr Benedictus a S. Josepho Praesidens
Fr. Wilhelmus à S. Antonio Red: Pro: et Magister Novitiorum
Fr Urbanus a S.to Joe Nepom Consiliarius
Fr Petrus à S. Thoma Concionator et Secretarius

Anno Domini millesimo Octingentesimo decimo nono, die decima octava Mensis Octobris, facta praevia propositione quoad adprobationes Fris Hyacinthi à S. Theophilo quoad tertiam et Fris Modesti à S. Antonio quoad primam — Viginti quatuor horis elapsis S. Communitas imprimis adprobavit Fr Hyacinthum à S. Theophilo (: perlata prius juridica Informatione de moribus et vita ejusdem :) quoad emittenda vota solemnia in S. Religione omnium votis calculisq approbavit Fr verò Modestum à S. Antonio adprobavit votis solum et hoc in spem emendationis illius, praesertim erga exequendâ accurate officia ipsi per Tabulam imposita, Calculis solum

hibus

tribus albis, duobus nigris — Quorum in fidem propriis nostris manibus subscripsimus

201

Fr Benedictus a S. Josepho Minister m

Fr Wilhelmus a Sto Antonio Redemptor Provinciae et Magister Novitior

Fr Petrus à S. Thoma Concionator et Secretarius

Anno Domini millesimo octingentesimo vigesimo, Die quinta Januarii, facta praevia Sae Communitati propositione, in ordine ad eligendum Secretarium Communitatis hujus loci; omnium itaq voce et calculis, in eundem Fr. Innocentius à Sto Michaële VMgr Novit: electus et approbatus est. In quorum fidem, datis ut supra, manibus nostris subscribimus. Fr Benedictus a S. Josepho Minister m

Fr. Wilhelmus à S. Antonio Magister Novitior m

Anno Domini millesimo octingentesimo vigesimo, die quinta Januar, facta praevia Sae Communitati propositione, et viginti quatuor horis expletis, in ordine ad suscipiendum habitum S. O. N. pro Statu Clericali admissi sunt, G.D. Silvester Hryczyna et G.D. Adamus Rybczyński; atq primus, omnium voce et calculis approbatus: alter vero, excepto uno. In quorum fidem ac robur, manibus propriis subscripsimus. — Fr Benedictus a S. Josepho Minister

Fr. Wilhelmus à S. Antonio Magister Novitior m

Fr. Innocentius à Sto Michaële VMgr et Secretarius m

Anno Domini millesimo octingentesimo, vigesimo, die Sexta Februarii — facta praevia propositione Sacrae Communitati, et expletis plusquam viginti quatuor horis; Reprobatus est Frater Modestus a Sto Antonio, omnium votis et calculis, excepto uno: ac propterea judicavit Sacra Communitas, eundem esse dimittendum. In quorum fidem, manibus nostris subscripsimus. — Fr. Benedictus a S. Josepho Minister

Fr. Wilhelmus à Sto Antonio Magister Novitiorum m

Fr. Innocentius a Sto Michaële VMgr Novitior et Sae Communitt Secretarius

Visitans N. P. Antonius a Nativitate B. V. Mae Provinciae S. Joachimi Ord. SSae Trinitatis Minister Provincialis Hunc Nostrum Conventum Berestecensem Revidensque hunc Librum in quo describuntur et adnotantur Decreta hujus Sae Communitatis Invenit S. R. a praeterita Visitatione Anni 1818 Die 17 Julij ad Praesentem Visitationem Decreta fuisse lata Nro 15. Quae postquam Menti ac tenori Legum Conformia esse deprehendit. Proinde Librum hunc in signum approbationis Sua Suique pro Secretarij Manu subscribendum esse censuit Die 4ta Mensis Martij Millesimo Octingentesimo Vigesimo Anno —

Fr. Antonius a Nativitate B. V. Mariae
Minister Provincialis mp

Fr. Wilhelmus a Sto Antonio Redemptor Provciae
Magister Novitiorum, et Pro Secretarius mp

Quoniam in praeterita Visitatione a. 1818. D. 17. Julii, finita; N. P. Provincialis reliquit liberae electioni in Secretarium Communitatis, eidem Sae Communitati; quapropter Communitas Sacra, eundem qui fuerat et prius, nempe Fratrem Innocentium a Sto Michaële VMgrum Novitiorum, in Secretarium Communitatis "confirmavit" ~~elegit~~ et adprobavit. — In quorum fidem, die 15. Apr. 1820. anno, manibus nostris subscripsimus. Fr. Benedictus a S. Josepho Minister mp
Fr. Wilhelmus a Sto Antonio Redemptor et Magister Novitior
Fr. Blasius a Sto Joe Bapt. Vicarius mp

Anno Domini millesimo Octingentesimo vigessimo, Die nona, mensis Aprilis, facta praevia Sae Communitati propositione, in ordine ad susceptionem S. Habitus nostri, pro Statu Clericali, GG. DD. Josephus Matuszewski; et Joannes Godlewski, posterior prima Tonsura et minoribus ordinibus initiatus: admissi sunt, atque omnium voce et calculis approbati. — Quorum primo, nomen in Religione impositum Adalbertus a Sto Josepho. Alteri autem, Joannes a Sto Leone. — Susceperunt S. N. Habitum, de manibus N. P. Benedicti a Sto Josepho, Ministri hujus Conventus Berestecensis; assistente Sacra Communitate, publice, in Ecclesia, hora octava antemeridiana Anno Domini millesimo Octingentesimo vigesimo, Die undecima Mensis Aprilis. In quorum fidem ac robur manu nostra subscripsimus.

Fr. Benedictus a S. Josepho Minister mp
Fr. Wilhelmus a Sto Antonio Redptor et Magister Novitior
Fr. Blasius a Sto Joe Bapt. Vicarius mp
Fr. Innocentius a Sto Michaële VMgr Novitiorum, et S. C. Secretarius mp

No 157

Anno Domini millesimo Octingentesimo vigesimo, — Die decima nona Junii; — facta praevia Sacrae Communitati propositione, in ordine ad primam approbationem Fr.s Chrysostomi à S.o Adamo Novitii Choristae; tum etiam ad susceptionem Habitus S. O. N.i G. D. Victoris Litwiński: — vigintiq quatuor horis expletis; inprimis Fr. Chrysostomus a S.o Adamo reprobatus est omnium votis et calculis exceptis duobus; et hoc propter hebetudinem ejus in Litteris: — Sed tamen promittente eodem Fratre coram S.a Communitate emendationem; statuit eadem S. Communitas, ipsum adhuc in spem correctionis ulterius retinere. — At vero G. D. Victor Litwiński ad suscipiendum Habitum S.i O. N. "pro statu Clericali" omnium voce et calculis est adprobatus. Cui nomen, juxta morem Religionis mutatum est, et impositum ei, ut nominetur Fr. Aloysius à S.o Victore. — Suscepitq S. N. Habitum, de manibus N. P. Benedicti à S.o Josepho Ministri actualis hujus Conventus Berestecensis: assistente S. Communitate, publice, in Ecclesia, hora octava antemeridiana Anno Dni millesimo Octingentesimo vigesimo, die vigesima quarta, mensis ejusdem Junii. — In quorum fidem ac robur manu nostra subscripsimus.

Fr. Benedictus a S. Josepho minister
Fr. Wilhelmus à S.o Antonio Magister Novitiorum mp
Fr. Blasius à S.o Joe Bapt. Vicarius mp.
Fr. Innocentius à S.o Michaële V. Mgr Novitior et Secretarius S.a C.s mp

Anno Domini millesimo Octingentesimo vigesimo, die vigesima octava mensis Augusti, facta praevia propositione S. Communitati in ordine ad suscipiendum S. Ordinis habitum pro statu Laicali G. Stephanus Myszynski, omnium votis et calculis adprobatus est. Eique nomen in Religione impositum est Stephanus à S. Augustino — Eodem vero die et anno pro prima approbatione in ordine emittendae professionis pro statu Clericali Fr Chrysostomus à S. Adamo — Fr Adalbertus à S. Josepho et Fr Joannes à S. Leone, omnium votis et calculis approbati sunt — Quorum in fidem propriis manibus subscripsimus —

Fr. Wilhelmus a S. Antonio Minister mp

Fr Petrus à S. Thoma V. Mgr. et Concionator

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo primo die decima octava Februarii, facta prævia propositione Sæ Communitati in ordine ad ejectionem e habitu S. Impositoni a S. Adamo, elapsis viginti quatuor horis Sæ Communitas, declaravit eundem ejiciendum esse e habitu, etiamsi adprobatus fuerat una adprobatione, et hoc ob spem emendationis, nullam tamen dederit emendationis propositum, omnium votis et calculis reprobatus est — Quorum in fidem propriis manibus subscripsimus. —

Fr. Wilhelmus a Sæ Antonio Minister mp

Fr Petrus a S. Thoma Magr. Novitiorum Ceremoniarius

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo primo, die vigesima secunda Februarii facta prævia propositione Sæ Communitati ut Fr. Nicolaus a S. Paulino Diaconus possit promoveri ad Ordinem Presbyteratus, omnium votis et calculis adprobatus est — Quorum in fidem propriis manibus subscripsimus. —

Fr. Wilhelmus a Sæ Antonio Minister mp

Fr Petrus a S. Thoma Magister Novitiorum Ceremoniarius

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo primo, die vigesima Martii, facta prævia propositione Sæ Communitati an M. D. Stanislaus Truszynski possit admitti ad sacrum nostrum habitum pro statu laicali, elapsis viginti quatuor horis, omnium conventu votis calculisque admissus est — Cui nomen in Religione impositum est Fr Stanislaus a S. Josepho — Suscepit vero habitum de manibus M. R. Wilhelmi a S. Antonio Ministri actualis Conventus Berestecensis, assistente Sacra Communitate publice in ecclesia hora octava antemeridiana. Quorum in fidem ac robur propriis manibus subscripsimus — Datis ut supra —

Fr. Wilhelmus a Sæ Antonio Min mp

Fr Petrus a S. Thoma Magister Novitiorum Ceremoniarius

Visitans P. Marcellinus a S. Martino Prior S. Joachim Rds SSS. Trinitatis Muri Dilis hanc nostram Domum Berestecensem, revidensq hunc Librum, in quo scribunt Decreta Sæ Communitatis, inscriptū a Dñ. Anno 1820. ad D. ult. Febr. an. millesimi octingentesimi vigesimi secundi anno tota finitæ Decreta scripta. Animadvertens autem ea tenori Legum et praxi esse conformia, provide Librum hunc ne signum approbationis præsentis meæ Secretarii nostri subscribendum esse censeat. Die Decima octava Martii, Millesimo Octingentesimo vigesimo secundo Anno.

Fr Marcellinus a S. Martino mpria
Minister Provincialis ppa

mandato mp Ministri Provincialis
Fr Zeno a S. Stephano pro Secretarius

No. 46.

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo Secundo die decimaquinta Maij facta proxia Sae Communitati propositione in ordine ad eligendum Secretarium Communitatis hujus Loci; omnium itaq voce et calculis in eundem P. F. Cantius à St Thoma electus et approbatus est in quor fidem datis ut supra manibus nostris subscribimus.

Fr. Wilhelmus à Sto Antonio ministr

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo Secundo die decimaquinta mensis Maij facta proxia Sae Communitati propositione et viginti quatuor horis expletis in ordine ad suscipiendum habitum Sti O. N. pro statu Clericali admissi sunt Generosi Juvenes Ludovicus a Sto Nepomuceno Piaszczynski et Basilius a Sto Erasmo Sorczynski atq primus omnium voce et calculis approbatus alter vo dempto uno in quor fidem ac robur manibus propriis subscripsimus Fr. Wilhelmus à Sto Antonio Min

Fr. Zeno à Sto Stephano Magd. Min ad

Fr Cantius à Sto Thoma Secretarius Coms

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo Secundo die Nona Mensis Julij facta proxia Sae Communitati propositione et viginti quatuor horis expletis in Ordine ad suscipiendum habitum Sti O. N. pro statu Clericali admissus est Generosus juvenis Mauritius a B. Michaele a Sanctis Boguclii illumq concordi voce ac calculo approbavit — — — In quor fidem subscribimus.

Fr. Wilhelmus à Sto Antonio Min ad

Fr. Zeno a Sto Stephano

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo Secundo die prima Mensis facta proxia Sae Communitati propositione in Ordine ad Eligendum Secretarium Communitatis hujus loci; Omnium itaq voce et calculis in eundem P. F. Julianus a Sto Elia Lector Eloquentiae electus et approbatus est. in quor fidem datis ut supra manibus nostris subscribimus. Fr Wilhelmus a Sto Antonio Min ad

Fr. Vincestaus à Sto Casimiro Consil.

Fr. Zeno a Sto Stephano Magist. novit.

Anno Dni Millesimo Octingentesimo Vigesimo Secundo Die 2a Aprilis Festum pro Sae Communitati propositione in ordine ad primam approbationem FF. Novitiorum, scilicet Ludovici ad Sto Nepomuceno. Narcissi ad Sto Cantio et Basilii ad Erasmo. A sacris Alij horis primus cor omnium votis et calculis; relicti duo ac cepti duobus approbati sunt. In quor fidem subscripsimus.

Fr. Wilhelmus a Sto Antonio Minister m

Fr. Vincestaus à Sto Casimiro

Fr. Julianus ad Elia Lect. Jub. Conv.

Fr. Zeno a Sto Stephano

(16. Martii)

Anno Dni 1823 facta previe propositione Sae Communitti; in ordine ad secundam approbationem FF. Novitior Ludovici nimirum ac Joe Nepomuceno; et Narcissi ac Joe Cantio et elapsis 24 horis, primus eor approbatus est quatuor calculis albis, uno solo excepto; secundus tribus albis, demptis duobus — in quor fidem subscripsimus

Fr. Wilhelmus à Sto Antonio Minister
Fr. Venceslaus à Sto Casimiro Consil.
Fr. Zeno à Sto Stephano magister Novit.
Fr. Juliani ac Plin Secr. Communitatis

Visitans P. Marcellinus à S. Martino Prov. Sti Joachimi Ordis SSS. Trinitatis Mur. Prolis hanc nostram Domum Chrestecensem, revidensq hunc librum, in quo Decreta Sae Communitatis in variis emergentiis formari solita scribuntur, invenit à d. 1. Mar. 1822. ad diem ult. Martii cur. millesimi octingentesimi vigesimi tertii anni lata fuisse Decreta sex. Animadvertens autem, ea mente Legum et communi regiminis stylo conformia esse, proinde librum hunc propria, suiq pro-Secretarii manu subscribendum esse censuit. Die decimaquarta mensis Martii, millesimo octingentesimo vigesimo tertio anno.

Fr. Marcellinus à S. Martino Mae
Minister Provincialis

N. 92.

Anno Dni 1823. 27. Junii facta previe Sacrae Communitati propositione, in ordine ad tertiam approbationem Fr. Ludovici ac Joanne Nepomuceno — et elapso praescripto a Constitutionibus tempore; approbatus est praefatus Frater omnium votis et calculis — in cujus fidem subscripsimus

Fr. Wilhelmus a Sto Antonio Minister
Fr. Felix ab Angelis Vicar.
Fr. Zeno à Sto Stephano magister.

Fr. Julianus ac Plin Secretarius Com.

Eodem Anno et die propositum fuerat S.ae Communitti utrumne possit Villa nostra Zborowsk in Districtu Vlodimiriensi sita adveribi Districtui Dubnensi? Attentis Sacra Communitas pro, et contra rationibus, censuit melius fore, si praetata Villa ad Districtum Dubnensem pertineret. In cujusmodi fidem subscribimus.

Fr. Wilhelmus a S.o Antonio Ministrus
Fr. Felix ab Angelis Vicar.
Fr. Zena a S.o Stephano

Fr. Julianus ad Elia Secret. Comm.

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Vigesimo Tertio, die prima Septembris facta praevia S.ae Communitti propositione in ordine ad admittendum ad Sacrum nostrum Habitum Generosum Ignatium Szeptycki et elapsis 24 horis S.a Communitas votis illius annuit, nomenq. Joachimi ad Ignatio imposuit. In cujus fidem subscripsimus. Fr. Wilhelmus a S.o Antonio Min.
Fr. Felix ab Angelis Vicar.
Fr. Zena a S.o Stephano Magister Nov.
Fr. Julianus ad Elia Secr. Communitis

Anno Dni Millesimo Octingentesimo Vigesimo Tertio. Die Vigesima Prima Novembris. Propositum fuerat S.ae Communitti an idoneus est ad suscipiendum S.mo nostro Habitum pro statu Laicali Generosus Ignatius Wasilewski? S.a Communitas "elapso debito tempore" omni sub respectu habuit si affirmatio. Et ad calorem suae sententiae propria nomina hic daruit. Fr. Wilhelmus a S.o Antonio Min.
Fr. Felix ab Angelis Vicar.
Fr. Julianus ad Elia Secr. Communitis

Sub tempus officiosae visitationis N. P. Victoris a S. Ignatio Centelewicz S. Thliae Doctoris Ministri Provincialis, visus ac revisus est praesens Liber Decretorum Sacrae hujus Communitatis, in quo a die decima quarta Mensis Aprilis anni millesimi Octingentesimi vigesimi tertii ad mensem Julium exclusive millesimi Octingentesimi vigesimi quarti, adinventa sunt quatuor lata decreta ab hac Communitate, quae cum consona sint Legum nostrarum praescripto, ideo N. P. hunc ad probando Librum, manu propria ac sui Secretarii subscripsit.

Die 5. Mensis Julii 1824 Anno.

Nro 285. Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis. —

Mandato N. P. Ministri Provincialis Fr. Casimirus a S. Catharina Sielecki Secretarius —

Anno Domini Millesimo Octingentesimo vigesimo sexto, die vigesima Octava Februarij, praemissis, quae praemitti solent, unanimi consensu electus est in Secretarium hujus Communitatis Pater Nicolaus a S. Paulino Lector Sacrae et Civilis Eloquentiae — In quorum fidem subscripsimus

Fr. Wilhelmus à S. Antonio Mag.

Fr. Felix ab Angelis Vicar. ac Cons.

Fr. Apollinaris ad Leone Concionator et Consiliar.

Anno Dni Millesimo Octingentesimo vigesimo sexto, die vigesima Octava Febr. facta praevia propositione et matura deliberatione, admissus est ad suscipiendum Nostrum Sacrum Habitum pro Statu Laicali G. D. Simon Tumowicz, quo suscepto vocatur nunc Frater Simon à S. Albino — In quorum fidem subscripsimus. —

Fr. Wilhelmus a S. Antonio Mag.

Fr. Felix ab Anglis Vicar. et Consill.

Fr. Apollinaris ad Leone Concionator et Consiliar.

Fr. Nicolaus a S. Paulino Lector S. Communitatis Secretarius.

Sub tempus Visitationis N. P. Victoris a S. Ignatio Centelewicz S. T. D. Ministri Provincialis visus revisusque est hic Liber Decreta Communitatis vocitatus, in quo, a die quinta Julii 1824ti anni, duo nonnisi Decreta ab hac Sacra Communitate formata esse deprehenduntur, et quia haec conformia sunt Legum Nostrarum praescripto, ideo N. P. hunc Librum ad probando propria ac sui Secretarii manu subscripsit die 10. Mensis Februarii 1827 Anno — 205

Nro 58. Fr. Victor à S. Ignatio Minister Provincialis. —

Fr Casimirus a S. Catharina Sielecki Definitor primus Provinciae Secretarius.

Lietuvos TSR
CENTR.
BIBLIOTEKA
Mokslų Akademija

Memoria hic finit Liber, nam Charta sci-
sa est.

